

DE UNICORNU. 137  
cat, sub talo calcaneos. Talus enim sub  
crure magis non est quàm calcanei, si  
pressiùs loquamur. Majoris tamen er-  
roris tenetur allata ab eo Tali etymo-  
logia, quam à Tolo deducit, quia to-  
lus eminens sit rotunditas. Quippe ro-  
tunditatem minorem talus habet, quàm  
aliud quodvis officulum, ut etiam  
Quatrio à totidem lateribus dictus sit.  
A Græci nominis, ἀστέγαλον, termi-  
natione ultima, γάλον, recisa, Talum  
ab ore Romano formatum existimo,  
quum inter se Γ & Τ sæpiùs sint per-  
mutata pari valore & pronunciationis  
sono: unde natum Latinorum Turtur  
à Græco τευρός sive Æolica Dialecto τυρ-  
ρός, & à σφίγλιον Spinturnix, cujus  
mutationis occasionem dederunt ipsi  
Græci, qui eâdem licentiâ utrumque  
elementum confuderunt, ut ex He-  
sychio videre est, quum ισγέον pro  
ιστέον expressit. Aristotelis enunciatum ut  
defendat Commentator ejus Augustinus  
Niphus, in Expositione illius textus  
Tali duplicem proponit significatum,  
pri-